

**INTROIT Psalms 54: 17-18, 20, 23**

Cum clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam, ab his, qui appropínquant mihi: et humiliávit eos qui est ante sæcula, et manet in ætérnum: jacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. (Ps. 54: 2) Exáudi, Deus, oratióne meam, et ne despéxeris deprecationem meam: inténde mihi, et exáudi me. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Cum clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam, ab his, qui appropínquant mihi: et humiliávit eos qui est ante sæcula, et manet in ætérnum: jacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

**COLLECT**

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo manifestás: multiplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promíssa currétes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For St. Agapitus, Martyr*

Lætétur Ecclésia tua, Deus, beáti Agápiti Mártyris tui confísa suffrágiis: atque, ejus préciibus gloriósis, et devóta permáneat et secúra consistat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 1 Corinthians 12: 2-11**

Fratres: Scitis quóniam cum gentes essétis, ad simulácula muta prout ducebámini eúntes. Ideo notum vobis fácio, quod nemo in Spíritu Dei loquens, dicit anáthema Jesu, Et nemo potest dícere, Dóminus Jesus, nisi in Spíritu Sancto. Divisiónes vero gratiárum sunt, idem autem Spíritus. Et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus. Et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus, Unicuíque autem datur manifestátio Spíritus ad utilitátem. Alii quidem per Spíritum datur sermo sapiéntiæ: álii autem sermo sciéntiæ secúndum eumdem Spíritum: áliteri fides in eódem Spíritu: álii grátia sanitátum in uno Spíritu: álii operatio virtútum, álii prophetía, álii discrétio spírituum, álii génera linguárum, álii intérpretatio sermónum. Hæc autem ómnia operátor unus atque idem Spíritus, dívídens singulis prout vult.

**GRADUAL Psalms 16: 8, 2**

Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum protége me. De vultu tuo judícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitátem. Allelúja, allelúja. (Ps. 64: 2) Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Jerúsalem. Allelúja.

**GOSPEL Luke 18: 9-14**

In illo témpore: Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidébant tamquam justí, et aspernábantur céteros, parábolam istam: Duo hómines ascendérunt in templum ut orárent: unus pharisæus, et alter publicánus. Pharisæus stans, hæc apud se orábat; Deus grátias ago tibi, quia non sum sicut céteri hóminum: captóres, injústi, adúlteri: velut étiam hic publicánus. Jejúno bis in sábbato: décimas do ómnia, quæ possídeo. Et publicánus a longe stans nolébat nec óculus ad cælum leváre: sed percutiébat pectus suum, dicens: Deus, propítius esto mihi peccatóri. Dico vobis: descendit hic justificátus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humiliat, exáltabitur.

**OFFERTORY Psalms 24: 1-3**

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubescam: neque irrideant me inimíci mei: étenim univérsum, qui te expéctant, non confundéntur.

**SECRET**

Tíbi, Dómine, sacrificia dicáta reddántur: quæ sic ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti, ut éadem remédia fieri nostra præstáres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For St. Agapitus, Martyr*

Súscipe, Dómine, múnera, quæ in ejus tibi solemnitate deférimus: cujus nos confídimus patrocínio liberári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Psalms 50: 21**

Acceptábis sacrificium justítiae, oblatiões et holocáusta super altáre tuum, Dómine.

**POSTCOMMUNION**

Quæsumus, Dómine Deus noster: ut, quos divínis reparáre non désinis Sacraméntis, tuum non destítuas benégnis auxiliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For St. Agapitus, Martyr*

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventióne nos réfove, cujus solénnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

When I cried to the Lord He heard my voice, from them that draw near to me: and He humbled them, Who is before all ages, and remains forever: cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee. (Ps. 54: 2) Hear, O God, my prayer, and despise not my supplication; be attentive to me and hear me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. When I cried to the Lord He heard my voice, from them that draw near to me: and He humbled them, Who is before all ages, and remains for ever: cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee.

O God who dost manifest Thine almighty power most chiefly in sparing and showing mercy: multiply upon us Thy mercy: that as we hasten towards Thy promises, Thou may make us partakers of the heavenly treasures. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May Thy Church, O Lord, rejoice, trusting in the intercession of Thy blessed martyr, Agapitus, and, through his glorious prayers, let it continue devout and be established in security. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, You know that, when you were heathens, you went to dumb idols, according as you were led, Wherefore I give you to understand, that no man, speaking by the Spirit of God, saith Anathema to Jesus and no man can say, The Lord Jesus, but by the Holy Spirit. Now there are diversities of graces, but the same Spirit; and there are diversities of ministries, but the same Lord; and there are diversities of operations, but the same God, who works in all. And the manifestation of the Spirit is given to every man unto profit. To one indeed, by the Spirit, is given the word of wisdom; and to another, the word of knowledge, according to the same Spirit; to another, the grace of healing in one Spirit; to another, the working of miracles; to another, prophecy; to another, the discerning of spirits; to another, divers kinds of tongues; to another, interpretation of speeches. But all these things one and the same Spirit works, dividing to every one according as He will.

Keep me, O Lord, as the apple of Thine eye: protect me under the shadow of Thy wings. Let my judgment come forth from Thy countenance: let Thine eyes behold the thing that is equitable. Alleluia, alleluia. (Ps. 64: 2) A hymn, O God, becometh Thee in Sion: and a vow shall be paid to Thee in Jerusalem. Alleluia.

At that time, Jesus spoke this parable to some who trusted in themselves as just and despised others. Two men went up into the temple to pray: the one was a pharisee, and the other a publican. The pharisee standing, prayed thus with himself: O God, I give Thee thanks that I am not as the rest of men, extortioners, unjust, adulterers; as also is this publican. I fast twice in the week; I give tithes of all that I possess. And the publican standing afar off would not so much as lift up his eyes towards heaven, but struck his breast saying: O God, be merciful to me a sinner. I say to you, this man went down to his house justified rather than the other: because every one that exalts himself shall be humbled, and he that humbles himself shall be exalted.

To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed: neither let my enemies laugh at me: for none of them that wait on Thee shall, be confounded.

Let the appointed sacrifices be offered to Thee, O Lord: which Thou hast granted so to be offered in honor of Thy Name, that they may themselves become healing remedies unto us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Receive, O Lord, the gifts which we present to Thee on the feast day of him by whose patronage we hope to be delivered. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou wilt accept the sacrifice of justice, oblations and holocausts, upon Thine altar, O Lord.

We beseech Thee, O Lord, our God, that in Thy goodness Thou wilt not deprive of Thine aid those whom Thou dost not cease to renew with Thy divine Sacraments. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou hast satisfied, O Lord, Thy household with holy gifts: ever cherish us, we beseech Thee, through the intercession of him whose festival we are keeping. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.